Ut igitur cum vitæ, & animi, clericalis integritate externus etiam habitus, uestitus, omnisque conuersatio congruat.

Præcipimus omnibus, & singulis sacris ordinibus initiatis, aut quæcunq; beneficia ecclesiastica etiam simplicia obtinentibus, cuiuscunq; gradus, aut dignitatis sint, ut intra quindecim dies, a præsentium litterarum promulgatione numerandos, Clericalem consuetudinem, quæ est Militiæ spiritualis insigne, unius cuiusque ordinis, & gradui conuenientem, perspicue gerant, Presbyteri uero ab superiore labro Barbam ita tondent, ne salutare Corporis, & sanguinis Xpi Domini Sacramentū sumentibus, impedimentū afferat. Vestem superiorem, & interiorē simplicem, & talarum omnes gestent, nō reflexā, sed cōposite, & aperte ad collum annexam.

Pallium, quod ferraiolū dicitur, id habeant, ut clericali decoro non sit alienū, idque tantum in pluuia, & frigoris necessitate, semperq; cum tali tunicā induant. Quas tamen uestes, ad longioris itineris necessariā cōmoditatem breuiiores, modo ordinis honestati conueniant, adhiberi permittimus.

Caligis non inflatis, nec dissectis, calceis, crepidue non inaniter incis, sed simplicibus, & integris utantur.

Camisias ad manum, & ad collū crispas, & (ut dicunt) lactucatas, aut arte laboratas, ne sumant. Pileos ne habeant, nisi ualeitudinis causa, & eos simplices, neque turbinate, quos ingrediendo in Ecclesiā, uel aedes, maxime publicas, semper

omittant. Neque reticulū, aut sub birretū, nisi ualeitudinis necessitas postulet, idque sine redimiculis, Nec antulos, nisi id honoris gradus aut officii munus requirat.

Præciosioribus pellibus, unguentis, & aliis odorum suauitatibus abstineant.

Ab omni mulæ, & eq; instrumento, & ornamento aurū, argentū, uillutū, & omnino sericū amoueant, uestitū colorē tantūmodo nigrū, nisi aliū magistratus, aut honoris rō postulet, adhibeant. Vestes holosericas, aut serico ornatas, domi, aut foris ne habeant.

Arma ne ferant, ne ue personati incedant.

In oī denique uestitū nouitatē, & tam elegantis, & concinnitatis, quam negligentis, ac fordium suspensionem uitent.

Qui in aliquo horū deliquerit, præter uestitū, aliarum ue rerum amissionē, uiginti quinque aureis mulctetur, locis piis, arbitrio nostro, attribuentis, carcere et, ac beneficiorum priuatione, maioribus pœnis, pro delicti & personarum genere arbitrio nostro puniatur.

Quonia uero q; habitāt in tabernaculis Dñi nō solum omnē impudicitis cām, sed et occasiōem, & suspitionē a se remouere dñt, ideo præter ea, quæ de cōturbatio, & cōsuetudine mulierum spectatarum, a sacro Concilio statuta sunt, eadem auctoritate edicimus, ne in ædibus ad domicilia, & usum canonicorum, aliorū ue ministrorum Ecclesiæ ædificatis, fœminæ, etiā cum illis quouis sanguinis tūnculo coniunctæ, ullo modo cōmorentur, in aliis uero canonicali, aut clericali usui non attributis, nisi ex causa tantum iudicio nostro probata.

Item ne aedes Ecclesiæ, aut earum partes in quibus ipsi habitant, uel habitare debeant Laycis locent, nisi nobis locationis necessitas comprobetur. Quæ uero ab ecclesiis se iunctæ, etiam si iuris Ecclesiæ non sint, eas nemini, nisi is bonæ estimationis sit, locare audeant.

Clerici quos, propter Christum spectaculum fieri oportet mundo, Angelis, & hominibus maxime debent ab iis spectaculis, quæ Christum non sapiunt, abstinere. Itaq; decernimus, ne comedas, fabulas, choreas, hastiludia, aut ludicrum, & prophanum ullum spectaculi genus, agant uel spectent.

Ne talis, tesseras, pagellis, pictis, & oīno alea, aut ullo præterea uetito, aut indecoro ludi genere ludat, ne ue huiusmodi ludi spectatores sint.

Non canes, accipitres, aut aliud uenaticum animal aleant, ullum ue genus uenationis aduersus sacros canones obeant.

Ne cōmessationibus, aut minus honestis conuiujs intersint, cauponasque, aut tabernas ne ingrediantur nisi longioris itineris cā, ne ue cuiquā ppinet, aut prouocati ad bibendū, respōdeant, sed sobrie, & caste ex doctrina Apostoli uiuant.

Interdicimus autem eis procuratione, aduocatione, patrocinio, & oī actione causarum apud iudicē sacularem, exceptis causis iure pmis, quo loco, scripta licentia, a nobis impetretur, quos præterea in rebus prophanis omni notariatus, & rebellionatus officio, nec non arte medendi, maxime chirurgia, prohibemus, Nullus tutelam, curamue, nisi pietatis causa, idque concessione nostra suscipiat.

Mercaturā ne exerceāt, ne ue in rebus cōtrahendis se medios, uel interperres adhibeāt, p̄dia ne cōducant, pro nemine spondeāt, Principum, & omnino laicorū negocia ne procurent, aut eis inferuiant, nisi causa id postulet, a sacerdotali officio non aliena, qua in re tam concessio nostra, quam hac in re, & aliis a nobis permittendis gratis semper fieri uolumus, intercedat, ea que quot annis renouetur.

Ne fœminas nobiles affectentur, neue officii causa stent circum mensam illis accumbentibus. In famularu uero Ecclesiasticarū personarum, uilia officia, aut opera, quæ clericali decoro nō conueniant, minime faciant.

Quicumque in iis, quæ a nobis supra prohibita sunt deliquerint, præter mulctam uiginti quinque aureorum, ob singula delicta exigendā, & quem admodum diximus, in pios usus erogandam, carcere, priuatione beneficii, & grauius etiam pro personæ conditione, & facinoris, ac flagitii modo, arbitrato nostro plectantur.

Mandamus autem omnibus qui ordinis, uel beneficii, aut alia ratione canonicas horas recitare debent, ut eas nullo modo omittant, alioquin pœnas, in Lateranensis Generali Concilio sub Leone Decimo celebrato, propositas, & alias, arbitrato nostro, subibunt.

Inherentes præterea eiusdem Concilii Tridentini decretis, per uiscera misericordiæ Iesu Christi Domini nostri uehementer hortamur presbyteros, ut singulis dōnicis, & aliis festiuis diebus, nisi iuste impediatur, salutare missæ sacrificiū faciant, Diaconos, & Subdiaconos, ut his singulis mensibus, & semper cū missæ sacrificio inseruiant, Clericos denique, & inferiorum ordinū gradibus initiatos, ut saltem semel sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum sumant.

Diuinam scripturam assidue scrutentur, Sacros

sanctorum patrum libros in manibus habeant, ex quibus uitalibus, & perennibus fontibus salutaris doctrinæ, & uitæ præcepta, & exempla hauriant.

Præterea edicimus Clericis, aliisue aliquo inferiorum ordinum gradu initiatis, si Clericalibus uestibus uti uoluerint, ut tonsuram quoque gerant, & reliqua, quæ præscripta sunt, proposito eodem pœnæ periculo obseruent.

Laycis uero qui clericali habitu uti consueuerunt, ut in posterum birreti saltem forma a clericis, sub eadem pœna internoscantur.

Quod autem difficile est propter multitudinem eorum qui in urbem ex diuersis orbis terræ partibus conuenire solent, Clericos a Laycis internoscere, ideo iubemus omnes, & singulos clericos, in sacris ordinibus constitutos, aliosque beneficia ecclesiastica, etiam simplicia, obtinentes, qui in Romana Curia commorantur, ad decem dies, ab harum litterarum promulgatione; eos autem, qui post hanc in urbem uenturi sunt, a die eorum aduentus numerandos, se in curia nostra sistere, & nomen, cognomen, patriam ordines; & beneficia profiteri, & litteras (ut uocant) dimissorias ostendere.

Qui autem aliquem eo gradu, & conditione, qua diximus, uel hospicit, uel famulatus, aliaue causa, domi habent, aut in futurum sint habituri, illo de hac nostra lege præmonito, ad præstitutum tempus ad Curiam nostram deferre. Qui contrafecerit, uiginti quinque aureis, & carcere, aliaue pœna, iudicio nostro irroganda punietur.

Volumus autem, & decernimus ut his litteris, in locis solitis publicatis, & affixis, ita earū quoscunque arctet executio, perinde ac si personaliter unicuique intimatæ fuissent.

In quorum fidem &c. Datum Romæ in ædibus nostris. Die .30. Mensis Octobris. 1566.

Pontificatus autem Sanctissimi Domini Nostri D. PII Diuina prouidentia Papæ. V. Anno primo.

Alfonus Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

Ista est localis in Vrbe.

Io. Anto. de Nigris. F. n.

De Spoliis Clericorum,

Monachorum, & aliarum Ecclesiasticarum
personarum decedentium.PIVS Quartus Episcopus Seruus Seruorum
DEI Ad perpetuam Rei memoriam.

Dicens esse censentes, & æquū, ut nos, qui alios in sua iustitia consulimus, Camere Apostolicę iura nō negligamus, quinimo, ne pretextu incertitudinis, illa ab aliquibus usurpari, aut super eis, dubia aliqua oriri contingat, ita nostre declarationis remediū pvideamus, q̄ a nemie d̄sup dubiū aliqd̄ deduci possit. ¶ Cū itaq; sicut accepimus, a non nullis uertat̄ in dubiū, An res, & bona p̄ clericos, et in sacris ordinibus cūstitutos, ex negociatione illicita, aut alias contra sacros canones, acq̄sita, uti spolia, uel alias ad Camerā p̄fatā iure legitimo spectare & p̄tinere debeāt, Nos omnē d̄sup h̄sitationis materiā submouere, ac cauillatiōibus & alteratiōibus, ac litibus uia p̄cludere, & deniq; malitiis eorū, q̄ iura dictę Camerę usurpare fata gunt, obulare, alias q; in p̄missis oportune p̄uidere uolētes. ¶ Motu proprio, & ex certa n̄ra sciētia ac d̄ Apostolicę potestatis plenitudine, d̄cernimus, oīa, & singula, res, & bona cuiuscunq; qualitat̄is, & quātitatis, existētia, ac in quibus rebus, & Regnis, ac dominiis tā citra, quā ultra Mōres, & Mariā, cōsistētia, p̄ quosuis Clericos, tā seculares, quā quorūuis, et medicantiū ordinū, ac miliciarū regulares, et in sacris ordinibus cōstitutos, cuiuscunq; status, ordinis, & cōditiōis fuerint, ac Archiepiscopali, Episcopali uel alia maiori dignitate, p̄fulgeāt, ex negociatione illicita, aut aliā contra sacros Canones, quomolibet acq̄sita, quę pro tēpore, post obitū eorū, q̄ et ex facultate, quā habuerit testādi, cōdito testamēto, ubi uis locorū decesserint, & decedent, aut quibus, illos, et eis uiuentibus priuari, & eis destitui contingerit. Et p̄sertim quōdā Andreę Iapiro de S. Ioanni Retūdo p̄sbiteri, seu religiosi, extra Ro. Curiā, ad illā forsā ueniendo defuncti hactenus, remāserūt, remanent, & remanebūt, ad eādem Camerā, & nō alios, etiā in quibus Cathedralibus, etiā Metropolitanā, & Collegiatis, ac aliis Ecclesiis Monasteriis, Hospitalibus, Militiis, ceterisq; beneficiis ecclesiasticis, cū cura, & sine cura secularibus, & quorūuis ordinū regularibus, qualitercunq; qualificatus, successores illa in titulū, cōmendā administrationem, cōmissionem, ac alias quomolibet pro tempore obtinentes, etiam si ad illa, uigore prioris tituli, ius regrediendi, seu accedendi, & ingrediendi, aliquibus concessū fuerit, spectasse & spectare, ac sub nomine Spoliorū uenire, illaq; uti spolia ad Camerā ipsā pertinentia, perpetuo colligi, & recuperari potuisse, & posse, ac debē

& ita p̄ quoscunq; Iudices quauis auctoritate fūgentes, in quacunq; instātia, sublata eis, quauis, aliter iudicādi & iterperrādi, facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri dēre. ¶ Necnō irritū & inane, quicquid secus, super his, a quoquā, quauis auctoritate scienter, uel ignorāter cōtingerit attemptari. ¶ Mādātes dilecto filio nostro, Guidoni Alcanio, S. Marię in uia lata, Diacono Cardinali, de S. Florę nūcupato, & in eius Camerariatus officio successoribus, Quatenus spolia ipsa, prout alia ipsius Camerę iura, exigi, & recuperari, ac p̄sententes iuiolabiliter obseruari faciat. Nec permittat Camerā ipsā, uel pro eo ea Agentes, desuper modo aliquo, molestari, p̄rurbari, aut inquietari. ¶ Cōtradictores quoslibet, & rebelles, p̄ censuras, & p̄nas ecclesiasticas, appellatione postposita cōpescendo. Nec non legitimis, super his habendis seruatis procesibus, censuras, & penas ipsas, etiā iteratis uicibus, aggrauando, Inuocato etiā ad hoc (Si opus fuerit) auxilio brachii secularis. ¶ Nō obstantibus fe. re. Bonifacii Papę, viii. p̄decessoris nostri de una, & Cōcilio generalis de duabus dietis, & aliis constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non ecclesiarum, monasteriorum ordinum militiarum, & beneficiorum p̄dictorum iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia, roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indulgis, & literis apostolicis, illis, & dilectis filiis illorum capitulis, conuentibus, superioribus, & personis, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibus uis clausulis, & decretis, etiam Motu, & scientia similibus, concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, illorum tenores, p̄sentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permissuris, hac uice dumtaxat, specialiter & expresse derogamus, contrariis quibuscunq; aut si aliis quibus, communiter, uel diuini, ab Apostolica sit sede indulgam, q̄ interdicti, suspendi, uel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas, non facientes plenā & expressā, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi mentionem. ¶ Nulli ergo omnino hominum, liceat hanc paginā nostri decreti declarationis, mādātū, & derogationis infringere, uel ei ausu temerario, contraire. Si quis autem hoc attemptare p̄sumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri, & Pauli, apostolorū eius se noverit incurfurū. Dat. Romę apud Sanctū Petrū, Anno Incarnatiōis Dominicę, Millesimo quingentesimo sexagesimo, Nono Nouembris. Pontificatus nostri Anno primo.

Fed. Cardinalis Cefius.

Cæ. Glorierius.

Barengus

DE SPOLIIS CLERICORVM, ET MONACHORVM, & Ecclesiasticarum personarum
decedentium.Pius V. &c. Ad perpetuā
rei memoriam

Romani Pontificis prouidentia circumspecta ad ea sollicitudinis suę partes potissimum conuertit, per quę singulis Ecclesiis debita obsequia, & oportuna subuentionis auxilia minime subtrahantur. ¶ Cum itaq; sicut accepimus, nonnulli Patriarchę Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, seu commendatarii, ac alii beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprii honoris, & salutis immemores, etiam pretextu facultatum testandi, eis per sedem Apostolicam concessarum, in eorum ultimis uoluntatibus res sacras, ac uasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliq; cultui, uel uicino dicata, quandoq; ex fructibus Ecclesiasticis per eos acq̄sita, non Ecclesiis, & Monasteriis, ac beneficiis, quibus p̄suerunt, seu a quibus p̄uentus Ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati consentaneum foret, sed aliis locis, etiam aliquando non piis, ac interdum eorum consanguineis, & affinibus relinquere, ac Camerę Apostolicę Collectores, pretextu quod illa sub appellatione Spoliorum ueniant, tanquam eiusdem Camerę spolia exigere, & percipere non erubescant in maximum Religionis dedecus, ac Ecclesiarum, Monasteriorū, & beneficiorum eorundem detrimentum, ac relinquendum animarum periculum scandalumq; plurimorum. Nos abusus scandalosq; huiusmodi p̄uidere, ac singularum Ecclesiarum, & Monasteriorū, ac beneficiorum indemnitati, animarumq; quorūlibet saluti consulere uolentes. Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicę potestatis plenitudine hac nostra perpetuo ualitura constitutione statuimus ordinamus, decernimus, & declaramus. ¶ Quod de cetero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac uasa, nec non Missalia, et gradualia, ac Cantus firmi, & musica aliq; quomodolibet nūcupari libri, & alia res sacre, etiam auri, & argenti, ac quacunq; alia bona per quoscunq; Patriarchas, Archiepiscopos, Ep̄os, Abbates, seu Cōmendatarios, & alios quoscunq; quacunq; & qualiacunq; beneficia Ecclesiastica, cum cura, & sine cura, secularia, & quorūuis ordinum regularia, in titulum, uel Commendam, aut alias quomodolibet obtinentes, quocunq; nomine, uel titulo censeantur, etiam si de illis, & eorum qualitatibus specialis, & expressa mentio habenda foret, ad usum, & cultum diuini

etiam in eorū priuatis aedibus, & Cappellis, uel oratorijs destinata, tempore eorum obitus, ex testamento, uel ab intestato relicta, sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponendi de bonis, per eos ex altari, uel alias quomodolibet acq̄sitis, per quoscunq; Romanos Pontifices p̄decessores, & successores nostros, ac nos, sub quibusuis tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis, etiam Motu Proprio, & alias quomodolibet concessis, & concedendis minime comprehendantur. Nec sub appellatione Spoliorum ueniant, sed ad singulas Ecclesias, Monasteria, etiam Conuentu carentia, & beneficia, huiusmodi in quibus resederint, aut quibus p̄suerint, quę alias obtinuerint omnino spectent, & p̄tineant, ac spectare, & p̄tinere, illaq; post eorum obitum eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis, etiam si in Romana Curia, & procul ab illis decesserint, uel ad illa nunquam accesserint, etiam si antea Ecclesiarum, & Monasteriorum regimini cesserint, uel beneficia huiusmodi renunciauerint eo ipso applicata, & incorporata sint, & esse censeantur. Ita quod liceat illis defunctis in eisdem Ecclesiis, Monasteriis, & beneficiis successoribus, ac Ecclesiarum, & Monasteriorum, huiusmodi Capitulis, & Conuentibus, respectiue, illa propria auctoritate, libere apprehendere, ac eorum Ecclesię & Sacristiis applicare, et incorporare, Acquecunq; donationes, ac relicta, & legata testamentaria, & codicilli, & alia ultima uoluntates, seu spolia desuper contra p̄sentis Constitutionis nostre tenorem quomodolibet pro tēpore facta, quo ad p̄missa nulla, & inualida nulliusq; roboris, & momenti existant, & personis, etiam Ecclesiasticis, seu locis, etiam piis, aut Ecclesiasticis aliis quibuscunq; in quarū seu quorūuis fauorem pro tempore facta fuerint minime satisfragentur, nec per ea eisdem personis, seu locis uel aliis Ecclesiis, huiusmodi aliquod ius in rebus p̄dictis, uel ad illas acquiri possit. ¶ Quinimo res sacras, ac alia bona p̄dicta quocunq; nomine, uel titulo pro tempore detinentes, ad illa Ecclesias, & Monasteria, ac beneficia per defunctos quomodolibet acq̄sita, ut p̄feratur iuxta p̄sentium tenorem realiter, & cum effectu restituendum, & consignandum, quibusuis dispositionibus de illis incontrarium quomodolibet factis minime attentis, omnino tenentur, & ad id per censuras & p̄enas, etiam furti, & sacrilegii ac alia iuris, & facti remedia oportuna cogi & compelli possint & debeant. ¶ Et insuper si deinceps contingat insolentia Spoliorum Camerę Apostolicę Collectorum, uel Subcollectorum aliquas Ecclesias, uel hominum quemquam damno, et iniuria affici, nec cuiquam de cetero uertatur in dubium, quę res habende, sint nomine spolia, simili modo statui

mus decernimus, & declaramus. **Q**uod quacunque scamna cathedrę, arcę, etiam lingneę, uel lapideę etiam Marmoreę Męsa, & Tabulę ac quęcunque dolia seu Vasa uinaria uacua, & alia similia supellectilia domestica per quosuis presbyteros, seu clericos ab humanis pro tempore decedentes, tempore eorum obitus in Ecclesiis seu eorū Domibus Ecclesiarū earundē uel alibi ubiuis locorum relicta, etiam si ex fructibus, & prouenibus beneficiorum quę dum uiuerent obtinebant acquisita fuerint sub spoliolum appellacione minime ueniant, nec pro spoliis ullo modo reputari possint. **P**reterea quod nullū spoliolum Camera prefatę fieri, nec quicquam a quibusuis spoliolum Camera huiusmodi Collectoribus, uel Subcollectoribus exigi possit per obitum illius qui dum uiueret, unum, uel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cuius uel quorum insimul fructus redditus & Prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera secundum cōmunem æstimationē ualorem Annuum non excederint, aut qui pensiones Annuas super quibusuis fructibus Ecclesiasticis usque ad dictum ualorem Annuatim perceperit, Dummodo tamen is se ab omni illicita negotiatione, & a sacris Canonibus prohibita abstinuerit. **I**ta quę si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum qui similia beneficia obtinuerint, seu similes pensiones perceperint, prætextu spoliolum eiusdem Camera percipere, aut alias contra præfentes nostras literas, aut tere præsumperit, ad totalem bonorum per eū perceptorum restitutionem teneatur, ac ad id uia iuris, etiam per similes censuras, & pœnas cogi, & compelli possit, & debeat. **D**istrictius inhibentes quibusuis Camera prefatę spoliolum Collectoribus, nunc, & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostrę, & priuationis eorum officiorum pœna in ornamentis, & paramentis, ac Vasis, & Libris præfato cultui diuino dicatis, ac aliis rebus sacris, nec non supellectilibus præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorum inuentariis tanquam spolia redigant seu describant. Sed ornamenta, & paramenta, nec non Vasa, & libros aliaque diuino cultui dicata huiusmodi Ecclesiis, Monasteriis, Cappellis, & aliis beneficiis hmoi, eorumque Recitoribus, & aliis præfatis libere dimittant, & consignent, ac consignari faciant, cum effectu, Ac supellectilia prædicta in locis ubi constituerint relinquunt, Ac decernentes, sic in præmissis omnibus, & singulis per quoscunque Iudices, & Cōmissarios, quauis auctoritate fungentes sublarā eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & diffiniri debere, ac irritū, & inane, quicquid secus super iis a quoquam, quauis auctoritate scienter uel ignoranter contingerit attentari.

Quo circa dilectis filiis Curie carū Camere Apostolicę generali Auditori, & singulis locorū ordinariis. ac Maiorē dignitatē, post Pōsticalem in uniuersis Ecclesiis Cathedralibus, & Metropolitanensibus, pro tempore obtinentibus per Apostolica scripta, Motu simili mandamus, quatenus ipsi, uel duo, aut unus eorū, præfentes literas, & in eis contenta quęcunque, ubi, & quando opus fuerit, ac quotiens pro parte quorūcunque in præmissis interesse habentium, ut præfatur fuerint requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra præfentes literas, & in eis contenta quęcunque, firmiter obseruari. Ac singulos quos literę ipsę concernunt illis pacifice gaudere. Non permittentes eos desuper quomodolibet indebite molestari. Contra dictores auctoritate nostra appellacione positā compescendo. Non obstantibus Apostolicis, ac in prouincialibus, & synodalibus Cōciliis editis gñalibus, uel specialibus, cōstitutionibus & ordinationibus nec nō Ecclesiarū, & Monasteriorū, hmoi iuramento cōfirmatiōe Apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, statutis, & cōsuetudinibus, facultatibus testandi, aliisque priuilegiis indultis, & literis Apostolicis, quibusuis concessis approbatis, & innouatis, etiam si de illis eorsiq; totis tenoribus, specialis, & expressa mētio faciendā esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes, illis in reliquis, in suo robore permanentibus ceterisque contrariis quibuscunque, Volumus autem quod si aliquis ex Patriarchis, Episcopis, Abbātibus, seu Commendataris, & aliis beneficiariis præfatis, pluribus Ecclesiis, seu Monasteriis, pro tempore simul, uel successiue præfuerit, seu plura beneficia obtinuerit, ornata, & paramenta, ac res & bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuū, & temporis quo eadem beneficia possedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur quodq; præfentes literę in Cancellaria nostra Apostolica, & Acie Campi Florę, de more publicentur, & inter Cōstitutiones perpetuo ualituras describantur, Et quia difficile foret præfentes ad singula quęq; loca deferri, uolumus & etiam declaramus, earū Transumptis etiam impressis manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, uel alterius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę sigillatis, eadem prout fides in iudicio, & extra adhibeatur, quę eisdē presentibus adhiberetur, si forent exhibita, uel ostēse. Nulli ergo omnino hominū liceat hæc paginā nostrę ordinationis, statuti, decreti, declarationis, inhibitionis, mādātis, & uolūtatis infringere, uel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attētare psumperit, indignationē oīpotētis, Deū ac beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius, se nouerit incursum. **D**at. Romę apud Sanctum Petrum.

trum. Anno Incarnationis Dominicę Millefimo quingentesimo sexagesimo septimo. Tercio kl. Septembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Pro Dño Summista Ludouicus Ripa.



RO Declaratione materie spoliolum clericorum, & personarum ecclesiasticarum decedentium, est sciendum, & Quod de iure canonico clerici de bonis acquisitis per Ecclesiam non possunt testari, sed in eorum obitu bona quelibet per Ecclesiam acquisita debent pœnes Ecclesiam remanere. c. relatum lo. ij. extra de testa. c. cum in officijs eo. titu. quia de eis testari non possunt. c. ad hec, & ibi Abb. & alij eo. titu. c. fixum. i. 2. q. 5. ubi est bonus tex. Abb. in. d. c. cum in officijs, & Cor. consi. 33. 2. **2** vol. + Sed Papa qui in beneficialibus plenam & liberam potestatem habet. c. ij. de preb. in. vi. clem. i. in fi. ut lit. pend. & est ordinarius totius orbis. c. cuncta per mūdum. 9. q. 3. & potest conferre beneficia totius orbis, ut per Abb. in. c. quia diuersitatem de concessio. preb. & eius uoluntas habetur pro ratione. c. proposuit de concessio. preb. c. innotuit de electio. statuit & uoluit ut bona clericorum decedentium intuitu ecclesie acquisita quę spectabant ad ecclesiam illius decedentis applicarentur **3** Camere Apostolicę, & spolie nuncupantur. + Sciendum tamen est quod de isto uerbo spolio seu spolijs prout uulgariter accipitur mortuis Prælati seu Clericis, non reperitur in iure ciuili nec canonico, ut dicit Guid. Pape in questio. delphi. q. 110. Incipiente an clerici, sed bene reperitur de iure diuino psal. 138. uers. letabor super clogia tua sicut qui inuenit spolia multa allegata tenere Pet. Papa in suis nota. + Et descendit a spolio as. i. Priuo, Exuo, Nudo, Denudo, Expolio, spolia de traho, eripio detraho, tractum a militibus. Et dicitur spoliolum exuuię, & quodcunque Hostibus detrahitur, iusta illud exuuijs indutus Accbilli, & ait Seruius. 3. enci. nā maximus ulro recor gerionis spolijs supbus Alcides, aderat, de quo per Calepi. in uer. spoliū. Et hodie multum frequentatur ista materia spoliolum, & bene nomen fuit consequens rei, + Quia collectores seu commissarii super spolijs spoliolum & de predantur domum in qua aliquis clericus moritur, Et non solum acquisita a clerico intuitu ecclesie & beneficiorum, sed omnia quę inueniunt undecunque; que sita de predantur hostili more, & relinquunt domum scopis mundatam. + Et Pius Papa Quartus in anno. 1560. fecit cōstitutionem quę incipit Decens esse censentes, in qua statuit, omnia & singula res & bona cuiuscunque, qualitatis, & quantitatis existentia per quos uis Clericos tam seculares quę quorumuis, etiam mendicantium ordinum, & militiarum, et regulares, etiam in sacris ordinibus constitutos, etiam Archiepiscopi, & Episcopi dignitate fungentes, ex negociacione illicitē aut alias cōtra sacros canones quo

modolibet acquisita, quę pro tempore post obitum eorum, qui etiam ex facultate quam habuerunt testandi, condito testamento ubi uis locorum decesserint, aut de cedent, aut quibus illos, etiam eis uiuentibus priuari, & eis desitui contingerit ad eandem Camera, & non ad alios spectasse & spectare, & sub nomine spoliolum uenire, illaq; ubi spolia ad Camera ipsam pertinentia perpetuo colligi, & recuperari potuisse ut lacius in. d. **7** consti. precedenti continetur. + Superuenit postea Pius Papa quintus uere pius qui fecit istam consti. & ad tollendum rapinas nequitias, & insolentias collectorum & commissariorum super spolijs, statuit ibi quod de cetero **8** & c. + Primo quod omnia & singula ornamenta, paramenta, vasa, missalia, gradualia, & alij libri cantus firmi, & musice, & alij libri quomodolibet nūcupati, & alie res sacre, etiam auri, & argenti, & alia bona ad usum & cultum diuinum destinata, etiam in priuatis domibus, & cappellis, seu oratorijs, appellacione spoliolum nō ueniant, + Nec de eis clerici quacunque dignitate prefulgeant testari possint, nec disponere, sed ad ecclesiam in quibus presuerunt, & resederunt remanere debeant. Immo clericis seu prelati defunctis, licitum sit successoribus & capitulo auctoritate propria capere, & apprehendere, & eorū ecclesiis, & sacristiis applicare, & incorporare. Immo plus statuit ut donationes, legata, testamenta, & ultime uoluntates, seu spolia contra dispositionem presentis constitutionis facta sint nulla, & illa restituere teneatur Ecclesiis predictis. **10** Item statuit ibi & insuper. + Quod quęcunque scamna, cathedrę, arce, etiam lignee, uel lapideę, etiam marmoreę, mense, & tabule, ac quęcunque dolia, seu vasa uinaria uacua, & alia similia supellectilia domestica, etiam si ex fructibus beneficiorum per clericos sint acquisita, pro spolijs non reputantur, Et nota ibi supellectilia domestica. + Et que ueniant appellacione supellectilia, uide in. l. ij. & toto titu. ff. de supell. lega. Et pōdera ibi domestica de quo in. l. i. ff. de supell. leg. + Ex hoc colligitur quod alia non supellectilia intelliguntur de spolijs, quia exclusio unius est inclusio alterius. l. cum pretor. ff. de iudi. c. nonne, de presump. **13** In tex. ibi preterea. + Nota quod spolia non possunt exigi de clerico mortuo, qui dum uiuebat unum uel plura beneficia obtinebat, quorum redditus insimul non ascendit ualorem annuum triginta ducatorum auri de Camera secundum communem estimationem, quia in tali casu spolia capi non possunt, & sic sunt ducati triginta sex secundum monetam regni Neapolitani, quasi quod illi triginta sex ducati annui sunt pro expensis victus, ad rationem unius car. eni quolibet die, & est parua quantitas, quia pro uelitu calciamenti & victu non sufficiunt, & hoc fuit statutum, + ut clericus qui altario seruit, de altari uiuere debeat. c. extirpande & c. cum secundum de preben. + Quia non debet os bouis triturantibus alligari. i. 3. q. i. c. ij. & preterea, uers. Item non alligabis, & d. c. extirpande. Et clericus potest fructus beneficij conuertere in eius uictum & uesitum, & illud quod superest conuertere in uilitatem & necessitatem ecclesie, ut dicit Inno. in. c. indecorum de eta. & quali.

Io. Anto. de Nigris.

Ph. Fran. in. c. presenti col. 3. in prin. versi. circa primum num. 6. de offi. ordi. in. vi. hodie vero q̄ super est veniunt in spoliis. In tex. ibi dummodo ab illicita negotiatione & a sacris canonibus prohibita abstineant. Nota q̄ clerici debent se abstinere ab illicita negotiatione & a canonibus prohibita, ut hic & c. iij. 88. distin. & c. placuit. 21. q. 3. Quia non debent vsuras exercere 66. distin. c. seditionibus cum seq. extra de vsur. c. preterea, & super omnes mercatores maledictus est plus vsurarius. c. eiciens. s. quicumq; 88. distin. & dicit ibi Prepo. q̄ bona mercatorum facile euaneſcunt, & nihil eis remanet, nisi peccatum. Et sic acquisita ex illicita negotiatione veniunt in spoliis. Quia fiscus est successor male acquiritorum glo. in. c. imperialem. s. quia in verbo honeste de prob. seu. alie. p. Fed. & Lucas de pen. in rub. C. de iure fisci in fin. lib. x. Et dicit Bal. in. c. i. col. fi. extra de iure iura. q̄ fiscus nil aliud est nisi subditorum calamitas. Et clerici mercantias & negotiationes seculares exercere non debent. s. vilium emendo & carius vendendo. c. iij. & ibi glo. in. ver. negotiationes, & c. eiciens, & c. quid est. 88. distin. Quia clericus negociator ut pestis est fugiendus. c. negociatorem. 88. distin. & mercatores sunt mendaces & periuridicentes tantum emi, & tanto vendam. c. quonia. 88. distin. Predicta intellige de illicita negotiatione, ut dixi in clem. de vita & ho. cler. in glo. in ver. honeste, & in ver. solemnia. Item est turpis & illicitus questus si prelati vel clericus pecuniam per symoniam accepit. c. veniens de symo. c. de hoc. c. consulere & c. audiimus eo. titu. in aut. de san. Epi. s. sed neq; & s. si vero laicus, quia turpia lucra ab heredibus sunt extorquenda. ff. de calu. l. in heredem extra de vsur. c. tua. Hosti. in sum. de symo. s. si qui incipit quid de pecunia. Item clericus illicite accipiunt quod ex militia acquirunt, quia clericus arma & militiam secularem exercere non debet, quia arma clericorum sunt lachryme. 23. q. 8. in sum. & c. nimium, & per totum. Item clericus prohibentur arma portare. c. ij. de vita & ho. cler. Item clericus illicite acquirunt ex ludo alearum, taxillorum, & ludorum prohibitorum. c. clericus officia, & ibi glo. & doct. de vit. & ho. cler. & ibi habetur. An amissum in ludo poxit re peti. Item si clericus exerceret tabernam & esset tabernarius, carnifex vel macellator carniū clem. i. de vit. & hon. cler. & ibi glo. & doct. dummodo publice et personaliter exerceat ut ibi dicit glo. de quo dixi supra in clem. in glo. honeste & in glo. solemnia ibi vide. Item male faciunt prelati qui ponunt vicarios, & cis dant quotam proventuum, quia debent dare salarium non quotam, quia grauat subditos quia propter hoc magnam multam imponunt equitate repulsa, ut dicit Hosti. in sum. ne prela. vices suas in prin. col. i. & col. 2. versi. preterea. Et circa predicta que dicantur turpia lucra. & clericis interdicta ulterius me non extendo, quia vix numerari possent, quia plura sunt negocia que vocabula, & quicquid homo plus iusto appetit est turpe lucrum. c. i. extra ne cler. vel mo. Quia non possunt esse procuratores domorum secularium, quia nemo militans Deo implicet se negociis secularibus. c. pla-

cuit & c. peruenit. 21. q. 3. ad predicta vide Hosti. in sum. ne clerici vel mona. s. que sunt in prin. & in fin. & dixi in clem. supra de vita & ho. cler. in glo. in ver. solemnia, & vide Spe. in titu. de clerici. coung. col. 2. ad ibi dicta me remitto quia non repeto, In tex. ibi ita q̄ sig. Nota q̄ collectores seu commissarii spoliatorum de bonis quorumuis defunctorum si aliqd̄ perceperint preteritu spoliatorum contra istam consuetudinem tenentur totaliter restituere & possunt ad id cogi via iuris, & per censuras & penas ut hic. In tex. ibi districtius inhihemus & c. Nota q̄ collectores & commissarii spoliatorum prohibentur sub pena indignationis, & priuationis officiorum. ne in ornamentis, & paramentis, ac vestibus, & libris cultui diuino dicatis nec alijs rebus sacris, nec suppellectilibus quomodolibet se intromittant. Nec in eorum inuentarijs tamq̄ spolia redigant seu deserbant, sed illa ecclesie seu cappellis & monasterijs eorumq; rectoribus libere dimittere & cum effectu consignare debent. Et suppellectilia in locis ubi extiterint retinenda sublata potestate aliter interpretandi ut hic dicitur. Nota ibi eorum inuentarijs, q̄ collectores & commissarii spoliatorum debent conficere inuentarium de spolijs & omnia in eo describere ad euitandum fraudem ut dixi in meo tractatu de Inuentario in prin. cu ibi allegatio Quero si clericus habet bona patrimonialia vel sibi obuenta ex successione cognatorum seu ex donatione amicorum, vel ex industria sua licite acquisita an illa bona capi possint pro spolijs. An vero clericus de eis possit testari, vel ad eius libitum disponere, dic q̄ de illis bonis potest testari, & ad sui libitum disponere, nec pro spolijs capi possunt. c. quanto de testa. c. fixum ubi est bonus tex. 1. 2. q. 5. Abb. in. c. cu ex officijs de testa. Cor. consi. 88. 2. vol. sed de bonis acquisitis intuitu ecclesie vel de facultatibus ecclesie, & hoc constat de his clericis non possunt disponere nec testari. c. i. c. ad hec. cum in officijs & ibi Abb. & Hosti. c. relatum lo. ij. de testa. & d. c. fixum. Et talia bona intuitu ecclesie queſita possunt capi pro spolijs, si clericus habet beneficia ultra valorem ducatorum triginta auri de camera, & de moneta regni sunt ducati triginta sex. Nisi essent de ornamentis ecclesie & ad vsu ecclesie destinata, vel nisi essent suppellectilia, ut supra lacius dictum est. De alijs regulariter testari non possunt, fallit in illis tribus casibus positus per Abb. in. d. c. cum ex officijs de testa. Quod si clericus vel prelati moriens habebat bona patrimonialia, & alia ex successione cognatorum vel donatione queſita que non possunt capi pro spolijs ut supra dixi. Et habet alia ex bonis ecclesie queſita, & vertitur questio inter heredem ex una, & collectorem seu commissarium spoliatorum ex altera, quid erit dicendum, dicas q̄ si talis clericus tenebat sepeſerata bona patrimonialia a bonis queſitis de rebus ecclesie, iste casus est clarus, quia non potuit capere pro spolijs nisi bona queſita intuitu ecclesie. Si vero permixtum tenebat omnia communia in isto casu ille qui reperitur possidere habet presumptionem pro se, quia commodum est possidere. s. commodum Insti. de interd. & hoc casu si heres possidet, & commissarius dicit q̄ sunt de bonis queſitis

ab ecclesia ipse tenetur probare, ita dicit glo. in. c. sunt manifeste. 1. 2. q. i. & Hosti. in sum. de success. ab intesta. s. qualiter ecclesie in fi. & supplem. i. sum. in verbo clericus. 4. col. i. cum seq. & ad predicta vide etiam que habentur in. c. i. & c. vnusquisq; de perul. cler. & Gemi. consi. primo col. fi. Et si heredi incumbit probatio poterit probare q̄ clericus mortuus sit & tanta bona patrimonialia habet et q̄ erat magni redditus, & q̄ habet beneficium tennia parui redditus adeo q̄ de illis viuere non poterat, & q̄ habebat aliqua debita intuitu ecclesie & beneficia facta, adeo q̄ nihil de redditibus supererat, & alia probare poterit ut casus occurrerit. Et conuerso commissarius spoliatorum poterit probare, q̄ ille clericus habebat pauca bona patrimonialia, & parui redditus, & habebat beneficia magni redditus adeo q̄ deductis expensis poterat tantum superlucrarum quolibet anno, & q̄ verisimiliter potius de bonis ecclesie q̄ de patrimonijs alibus potuit querere alia bona, & alia probare ut casus occurrerit. Quero + Clericus qui altari seruit debet viuere de altari, & sic de fructibus beneficiorum. c. extirpande & c. cum secundum de concess. preb. & non debet os bouis triturantis alligari. d. c. extirpande cum concor. supra allegatis. Quid si habebat sufficiens patrimonium de quo poterat viuere, & habebat beneficia ex quibus etiam poterat viuere de quibus bonis presumeretur, & debeat viuere, dic q̄ de beneficijs d. c. extirpande cum concor. & hoc si seruit ecclesie, alias si non deseruit ecclesie, vel in malos vsus conuertit tunc mortaliter peccat, ita tenet supplem. in sum. in verbo clericus 4. col. pen. in prin. & Sil. in sum. in verbo clericus 4. q. 1. 6. Nec obstat. c. fi. 1. 6. q. i. ubi dicit Hieronymus q̄ qui bonis parentum sustentari possunt, si id quod est pauperum accipiunt sacrilegium incurrunt, quia inteligitur, q̄ de eo quod super est ultra victum, & sic de superfluis debent clerici largas elemosinas facere, et si necessitas non sit extrema, ut tenet Sil. ubi supra cum alijs ibi per eum adductis. Et sic deducto victu si aliquid superest venit in spolijs alius non. Et alimenta debentur secundum qualitatem personarum. 4. 1. distin. non requirantur. Et appellatione alimentorum intelligitur victus, & habitatio. ff. de alim. & cib. leg. l. ante pen. & si. glo. i. c. E piscopus. 1. 0. q. 2. Intellige predicta quando clericus habens beneficia ex redditibus beneficij percipit ultra triginta ducatos auri de camera. ut dicitur in ista consuetudine. & supra dixi. Quero + An debita ad que tenebatur clericus defunctus debeant deduci de spolijs istud tangit Matth. de affli. in consuetudine regni peruenit l. i. in fi. & Old. consi. 249. q̄ritur & videtur vel le q̄ sic, quia bona intelliguntur deducto ere alieno. ff. de verb. sig. l. sub signatum. s. bona de iur. do. l. mulier ff. de leg. 2. l. cum autem pars. istam questionem tangit Abb. in repe. c. cum es col. xi. versi. quarto principia liter num. 27. de testa. & relatis multis opy. tenet, q̄ si debita sunt contracta per clericum defunctum pro sua sustentatione, ut se aleret, vel pro necessitate ecclesie seu sui beneficij, debent deduci & solui, si vero pro reparandis domibus proprijs illius clerici, vel alio consimili casu non debent solui de fructibus beneficij,

ut ibi lacius per eum. ad predicta vide etiam Gemi. consi. primo col. i. ubi dicit q̄ debita contracta voluntarie per prelatum vel eius intuitu non transeunt ad successorem, sed solum necessaria iusta nota. in. c. i. de solu. & in. c. dilecti de foro comp. & 1. 0. q. 2. c. hoc Ius. s. his creditor. de fideiuss. c. quibusdam, & de de positi. c. q̄ grauis. Quero + nunquid debita facta pro Medicis, & medicinis in infirmitate prelati seu clerici factis, & alijs necessarijs an debeant deduci de spolijs, an vero teneatur heredes prelati, dic q̄ deduci debent de spolijs, quia ecclesia ad eas tenebatur, & sic tenetur qui succedit in spolijs per ea que dicit Gemi. consi. primo col. fi. in fin. & Anto. capi. dcc. si. 84. in causa reuerendi. Quero + nunquid ex pensam funeris prelati seu clerici defuncti debeat deduci de spolijs, & et ex pensam circa vestes lugubres factas seruitoribus & propinquis, & in culcitra de serico, & in tumulo seu sepulchro marmoreo, Abb. in sua disputa. Incipiente Sempronius clericus in primo dubio tenet, & Queda sunt impense funerum que tendunt ad remedium & solacium anime defuncti, ut impensa que fit circa clericos confluentes ad officium sepulture, & similibus, & in istis tenetur ecclesia, etiam si defunctus alium heredem habeat in patrimonialibus, Quedam impense sunt que tendunt ad viuorum amicorum solacia ut apparatus funeris. constructio sepulture, preciosa esse quorum pompa. 1. 3. q. 2. c. anima defunctorum, & q̄ multi induantur vestibus luctuosis, & in his ecclesia non tenetur, & istud etiam tenet Abb. in c. ut preterea de electio. Anto. capi. d. decisio. 84. tenet q̄ ecclesia teneatur, & sic de spolijs sunt solucnda debita pro medelis, & alijs in infirmitate factis, & ad funerals & ad vestes lugubres famulis Episcopi factas, non autem pro expensa culcitre de serico nec cantaro seu sepulchro, & alijs vestibus lugubribus, ut ibi per Capi. cum, Gemi. in consi. primo col. 2. tenet q̄ etiam si prelati ultra suam diocesim elegerit sepulturam debet se pelliri expensis funeris necessarijs expensis sue ecclesie, & iste expense fiend de redditibus mense sue diuise a bonis capituli, non autem de bonis capituli, & si fructus sue mense non sufficerent sepelletur de bonis capituli, non autem de bonis proprijs heredu defuncti, & sic de spolijs debent fieri, ut dicit Capi. ubi supra, Et circa istas expensas debet haberi consideratio dignitatis persone sepulte, & facultatum ecclesie, quia non debent esse excessiue, quia tunc non dicuntur necessarie sed voluntarie expense considerato statu & dignitate persone, allegat ita tenere Pet. de perusi. in tra. de canonica portio. c. pen. ver. 23. & multum conuenit cum opy. Capicij Quero + nunquid debita pro seruijs prestitis a seruitoribus sint deducenda & solucnda ex spolijs breuiter, dic q̄ sic, quia licet clericus non possit testari de bonis ecclesie, potest tamen de pecunia & bonis mobilibus ecclesie, non ratione testamenti sed intuitu elemosine, vel pro seruij remuneratione erogare illis qui seruiunt iusta seruij meritum. c. relatum lo. 2. s. licet autem de testa. & ibi doct. Abb. in. d. c. cum in officijs eo. titu. col. fi. versi. quarto fallit, & Gemi. d. consi. primo. col. fi. versi. ad secundam. Et talia seruicia probari debent, quia Io. Anto. de Nigris.

SANCTISS. D.N.D. PII.V. CONSTITVTIO.

De proprietate sublata Fratribus ordinis minorum conuentualium, & de ambitu officiorum.

PIVS EPISCOPVS Seruus seruorum DEI, Ad perpetuam rei memoriam.



Extirandos cupida proprietatis abusus, summum bonum in frugifera religione fratrum minorum Conuentualium nuncupatorum peruerentes, simulque frangenda pessimam corrup-

tela, quae administrationibus, & officiis huius ordinis, per gratiam, & sordes consequendis, perperam inoleuit, De nobis attributa potestatis plenitudine, omnes & singulos fratres predictos, etiam si Magistri Generales, Prouinciales, Custodes, & alii quicumque sint, priuato rerum bonorumque omnium immobilium, mobilium, & se mouentium dominio, usu, usufructu, possessione, & proprietate, quocumque per eos modo acquisitis, & ad ipsos obuentis, perpetuo priuamus, dictaque possessione amouemus, & amotos annunciamus, illaque omnia & singula, in communes suarum cuiusque domorum, & praedictae Religionis usus conuertenda concedimus, Ad omnia, & quaecumque priuilegia, dispensationes, licencias, permissiones, & indulta, eis, & ipsorum singulis, super his, ac domibus, cellis, hortis, pecuniis, aliisque rebus, etiam causa senii, infirmitatis, parentum subuentionis, congerendae sororibus dotis, & cuiuscumque alterius pii officii intuitu, habendis, retinendis, & fruendis, etiam per quoscumque Romanos Pontifices, predecessores nostros, ac nos, & sedem Apostolicam, etiam Motu proprio, & ex certa scientia concessa, confirmata, & innouata, quibuscumque contraria formulis, ac clausulis, & decretis suffulta (quorum omnium tenores presentibus habemus pro expressis) specialiter & expresse reuocamus, Volumusque illa omnia, & singula, uires, & effectum, de cetero non habere, Et nihilominus mandamus Magistris, & Superioribus omnibus, in uirtute sanctae obedientiae, ut rerum, & bonorum omnium praedictorum possessionem, domorum, & locorum suorum capiant, ut illa illorumque fructus in communes omnium usus conuertantur, Statuentes ut deinceps nullus omnino fratrum dicti ordinis, siue priuatus, siue Cu-

stos, siue Prouincialis, siue Generalis Magistri officio fungentes, etiam pretextu huiusmodi priuilegiorum, dispensationum, permissionum, & indultorum, seu inueteratae consuetudinis, uoto repugnantis, aut quacumque alia causa, proprium quicquam, aut priuatum habeat, sed omnia ubique communita, & indiuisa omnibus religiosi esse; Quin etiam Magistri, Custodes, & Guardiani, uitam cum fratribus suis communem ducere debeant, in Refectorio semper comedant, Nullas edes seueratas, siue in Claustro, siue alibi habeant, sed unica cella, eademque cum ceteris aliorum fratrum coniuncta, contenti esse debeant, Pari quoque ratione ceteri fratres, nil sibi proprii uendicantes, necessarium uictum, & uestitum, a sua quisque domo, & per eius Ministros capiant, Pecuniae uero & quaecumque aliae res, quae cuique priuatum, etiam intuitu personae, undecumque donatae, & relictae fuerint, Superiori, horarum uiginti quatuor interuallo exhibeantur, qui illas statim deposito committat, & inde tantum exhibitori, ministrari iubeat, quantum praesens rei conuenientis necessitas uidebitur postulare, Eam propterea diligentiam Superior adhibere debet, ut singulorum maxime infirmorum necessitatibus, iuxta cuiusque exigentiam debite consulari, Ad haec nullus omnino Magistrorum, Custodum, & Guardianorum, administrationem praedictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium, dispensationemque pecuniarum, & reddituum suae custodit, uel domus, etiam nomine Conuentus habere, sine exercere, uel sese in eis interponere possit, sed uniuersum id onus tribus religiosi a Magistro Generali ita demandetur, ut priuatus rerum, & bonorum custodia, siue domus, inferendorumque in eam reddituum curam habeat, Alter tanquam depositarius pecunias, & cetera ab illo importata fideliter asseruet, Reliquis de pecuniis, & rebus a depositario capitis Custodi, Guardiano, & fratribus, ac domum uniuersae, de necessariis, ueluti dispensator, cum ipsius Custodi, uel Guardiano, adhibitis etiam duobus, uel tribus fratribus eiusdem domus probationibus, rerumque usu peritis, deinde ipsimet rursus praesentibus Custode, Guardiano, & peritis, Magistro generali, uel Visitatoribus, quotiescunque uisitationis officium fecerint, Denique ipse Magister generalis, in proximo sequenti Capitulo generali, coram tribus iudicibus, ab ipso Capitulo deputatis, illorum omnium, & etiam uniuersae administrationis suae publicae, & priuatae rationem reddere teneatur, Ceterum praecipimus, atque interdiximus omnibus & singulis, ne pro Magistratibus Officiis praedictis, quaecumque sint, ulli ambitus fiant, aut pecuniae etiam, pro confirmationibus, sigillo,

Io. Anto. de Nigris.

- nō statur dicto ipsius clerici. Pau. de ca. in. l. iubemus de sacro san. eccl. Io. And. in addi. Spe. in titu. de rebus eccl. non alie. Old. consi. 226. col. 2. in fi. Gemi. consi. i. Math. de affli. in consti. regni quato. col. 2. late Decius in. l. si donatione. C. de colla. 2. ibi per alios. Caucius tamen est ut eis donet in uita, non autem conferat post mortem, ut dicit Io. Bap. Ferre. consi. 218. col. i. in fin.
- 42 Quero + An clericus possit testari de bonis acquisitis per quotidianas distributiones, & sic non ueniat in spoliis, sed clerico acquiratur dñi, dic q sic ut tenet Gemi. i. c. unico. §. qui uero, de cler. non resid. & ibi Phi. fra. col. i. in ultimo nota. allegat ita tenere Old. consi. 97. & Rotam ut ibi per eum, & tenet Io. de ana. cōsi. 87. col. i. ubi dicit Q illa q recipit clericus intuitu seruicij personalis transeunt ad successorem exclusa ecclesia, quod dicit esse bonum uerbum, allegat Pau. de leax. in sua questione que incipit lata sententia in solucione questionis, & Moder. in. c. presenti de offi. ordi. in. vi. & sequitur Lud. bolog. in addi. in. d. consi. Io. de ana. col. i. ubi dicit Q & canonicus pot testari de distributionibus quotidianis, quia ille dantur propter stipendium personaliter, & pro labore diurno. c. i. de cle. non resi. in. vi.
- 42 + Ex predictis etiam infertur q illud quod clericus est lucratus pro missis dicendis ex quo quasi intuitu persone fuit acquisitum de eo clericus poterit testari, & sic non ueniunt in spoliis, Hosti. in. c. quia de testa. Abb. in. d. c. cum in officiis col. fi. versi. item dubitatur de testa. & faciunt supra proxime allegata.
- 43 + Quid si rector seu prelati de suo expendit aliquid & contulit ecclesie, an poterit pro eo tanto testari & disponere de rebus ecclesie, & sic q non ueniat pro spoliis, dic q sic, q poterit de altero tanto testari de bonis ecclesie. c. si quis qualibet. 12. q. 2. & c. si Episcopus. 12. q. 5. & tenet Abb. in. d. c. cū i officiis col. i. in fi. versi. fallit etiam de testa. cum ibi allegatis.
- 44 + Sed pone Episcopo existente infirmo ad eum peruenit certa quantitas pecuniarum puta per dies quatuor ante eius mortem, mortuo Episcopo collector seu commissarius spoliatorum accessit pro spoliis, & habita noticia de pecunia peruena ad Episcopum petit illam pecuniam ab his qui erant cum Episcopo puta consanguineis, uel seruatoribus, quasi q ipsi dictam pecuniam acceperunt, illi negant habuisse quid iuris, dic, q si collector non probat q illi habuerunt pecuniam, & ipsi negant habuisse onus probandi incumbit collector, quia potuit Episcopus in uita sua elema-

finaliter largiri intuitu elemosine, uel pro remuneratione seruicij, & probatio debet de necessitate concludere. c. in presentia de proba. quia non probat hoc esse quod ab hoc contingit abesse. l. non hoc unde cognat. neq; natales de proba. ita in specie consuluit Gemi. consi. primo col. fi. versi. ad secundam. + Ad quem autem spectet custodia bonorum ecclesie mortuo prelate ponunt Abb. & doct. in. c. bone memorie de app. & Spe. in tit. ne sede vacante col. ij & Math. de affli. in rub. cōst. regni peruenit la prima & dicunt q spectat ad capitulum, sed si i illa ecclesia extat Archidiaconus ad eum spectat glo. in. c. cum uenissent de Insti. & Math. de affli. ubi supra, Old. consi. 194. factum tale est, dicit q de consuetudine vacante sede Archidiaconus percipit emolumenta ratione sue dignitatis sed iurisdicchio residu penes capitulum, & hoc et uidetur dicere Prepo. in. d. c. illud. 12. q. 2. Alii autē dicunt q spectat ad Canonum ecclesie generalem ut dicit Abb. in. d. c. bone. & Prepo. in. d. c. illud, quicquid sit hodie est determinatum in Concilio Tridentino in. 24. sessione. c. 16. q. spectat ad capitulum, & debet eligere unum, uel plures, fideles, & diligentes, qui rerū ecclesiasticarum & prouentuum curam gerant, qui postea redent rationem ei ad quem pertinebit. Item debet capitulum eligere officialem seu vicarium infra octo dies post mortem Episcopi, uel existentem confirmare, alias ad metropolitanum deuoluetur ut ibi. + An autem fructus percepti per Episcopum defunctum, uel translatum spectent ad heredem, uel ad successorem, uel ad ecclesiam uide Io. fran. de pauinis in tra. de offi. & po. capi. sede vacan. in octaua questione secunde partis col. pen. & fin. ubi concludit, q spectant ad heredem quando sunt percepti & separati a solo. l. defuncta. ff. de usufru. Et qd in cappellis, & quid si habet administrationem, uel non uide late Phi. fran. in. c. presenti de offi. ordi. in. vi. & Io. de ana. & ibi Lud. bolo. consi. 87. circa dubium, & uide Alex. in. l. diuortio in prin. col. 2. ff. solu. mati. Et uide Io. de arno. cautela. 95. ubi dicit q heres clerici pro rata temporis quo seruiuit potest petere fructus, & uide Io. fab. in. §. si uero Inst. de re diui. cum concor. i quibus locis uide, quia remissionibus contentus ero qd sat prata biberunt. Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Campaniae J. I. Doctor. 13. Aprilis. 1569.

Laus Deo.

uel scriptura, aut quacūque alia re, uel causa soluantur, alie ue pactiones seu pmissiones intercedant. seu munera, aut xenia quocūque modo mittantur, ne ue quisquam, etiam in officio existens, pecunias, aut aliud quicquam de domo. uel Custodia sibi commissa, uel aliunde Generali seu alii cuiunque conferat, uel remittat. Quicūque secus fecerint, in penam priuationis Magistratuū, & Officiorum suorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, proculpis, etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipso, Decernentes irritum, & inane, quicquid secus in præmissis, per quosunque, scienter uel ignoranter, contingerit attemptari, Procuracionibus tamen, Generali ex uniuerso ordine, ac prouincialibus Magistris, ex sua cuique prouincia, & Visitatoribus ex domibus, & locis uisitandis debitis, & necessariis, ne quaquam per Præsentes sublatis, Non obstantibus prædictis, & nostra de non tollendo iure quesito, aliisque constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, Necnon Bulla aurea, & Mare magnum nuncupatis, & quibuslibet aliis priuilegiis, indulgentiis, & Literis apostolicis, generalibus, & specialibus, quorumcunque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, uel totaliter non inserta effectus earum impediri ualeat quomodolibet, uel differri, & de quibus, quorumque totis tenoribus, ad uerbum habenda sit in nostris litteris mentio specialis, Quæ omnia, contra prædicta nolimus cuiquam in aliquo suffragari. Ceterum

S. D. N. D. PII PAPAE. V. CONFIRMATIO, CONSTITUTIONVM MAGISTRI Generalis, Prouincialiuū, & Diffinitorū ordinis Fratrum minorum Conuentualium, De nouiciis emittendis, & ætate retinendorum, De Administrationibus, & officiis, uita, & habitatione communi, & aliis ad reformationem pertinentibus.

Pius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.



Illa Nos Cura inter cæteras sollicitat, ut optimæ disciplinæ cultus in omnibus religiosorum sodalitatibus nutriatur, & confirmetur, quod quidem nos pridem in amplissimo ordine Fratrum Minorum Conuentualium nuncupatorum magnopere expetentes, rerum omnium proprietatem illis ademimus, multaque præterea de ratione uiuendi, & officiis eorumdem egidimus, litterasque nostras super iis confectas in eorum Capitulo generali, apud Basilicam duodecim Apostolorum de Vrbe proxime celebrato palam om-

rum quia difficile ualde esset, easdem præsentibus ad singula loca, ubi illis opus erit transferre. Voluimus ut earum exemplis, etiam impressis, manuumque Notarii publici, & sigillo Prælati ecclesiastici, uel eius curiæ obsignatis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus, si forte exhiberentur uel ostenderentur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre priuationis, amotionis, nunciacionis, concessionis, reuocationis, declarationis, mandati, statuti, præcepti, interdicti, decreti, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum, Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnacionis Dominicæ Millesimo, quingentesimo sexagesimo octauo, sexto idus Iunii, Pontificatus nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Robertus Fontanus Archiuii Romanæ Curie Scriptor.

Ad materiam uide in c. exijt qui seminat de verb. sig. in. vi. & in clem. exiui de paradi. de verb. sig. & in clem. i. & q. de regula. & in clem. i. de statu. mona. Io. Anto. de Nigris.

nibus iustissimus promulgari. Qui illis ea quæ decuit obedientia receptis, ad tollenda, & corrigenda alia præterea, intentique ad huius religionis statum in sua integritate continendum maxime obesse intelligebamus, nonnulla inter sese statere cogitarunt. Verum instante iam ipsius Capituli conclusionem, cum temporis angustia id minus pateretur, negotium uniuersum ad arbitrium, & auctoritatem Generalis, & Prouincialium Magistrorum, nec non Diffinitorū dicti ordinis ex uoluntate nostra demandatum est, qui diuersas alias præsentibus subiectas constitutiones, ab ipso Magistro Generali superscriptas ordinarunt, quas ob salutis alius Literis nostris prædictis, presentibus auctoritate approbamus, & confirmamus, Suppletur

omnes, & quoscumque siue solemnitate ommissa, siue alios iuris, & facti defectus, qui interueniunt in eisdem. Quin et illas omnes prout conscripserunt facimus, & ordinamus, iubemusque ipsas eque atque nostras in omnibus prouinciis, custodiis, domibus, & locis, nec non ab omnibus, & singulis fratribus dicti ordinis firmiter obseruari, ac quoscumque qui illis non paruerint, censuris, & pœnis omnibus, quæ Literis prædictis continentur, eo ipso uolumus subiacere. Et nihilominus dilecto filio nostro Carolo de Sancte Praxedis presbytero Cardinali Borromeo nuncupato moderato, & pro tempore existenti protectori, ac etiam Magistro Generali dicti ordinis per Apostolicam scripta mandamus, ut ipsi, uel eorum alter per se, uel alium, seu alios ubi, & quando opus fuerit, tamen supra dictas, quam præsentibus Literas, & eisdem insertas Constitutiones omnes in omnibus, & singulis prouinciis, custodiis, domibus, & locis prædictis, ac ab omnibus, & singulis Magistris, Guardianis, Fratribus, & personis in eis expressis, iuxta singularum Literarum, & Constitutionum huiusmodi tenorem, inuoluntate obseruari, Contradictores quoslibet, & rebelles per censuras, & pœnas aliis nostris litteris contentas prædictas, ceteraque oportuna iuris, & facti remedia, appellacione postposita cõpescendo, censurasque, & pœnas ipsas etiam iteratis uicibus aggrauando, uocato etiam ad hoc, si opus fuerit auxilio brachii secularis. Non obstantibus præmissis, & felicis recordationis Bonifacii Papæ octaui prædecessoris nostri de una, & in Concilio generali edita de duabus dietis, aliisque apostolicis Constitutionibus, ac etiam dicti ordinis statutis, & consuetudinibus iuramento, confirmatione apostolica, uel quauis firmitate alia roboratis, contrariis quibuscumque, Aut si Magistris, Guardianis, & Fratribus prædictis, uel quibuslibet aliis communiter, uel diuisim ab Apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, uel excommunicari non possint per Literas apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum de indulto huiusmodi mentionem, Nec non Maremagnum, & Bullam auream nuncupatis, ac quibuslibet aliis priuilegiis, exemptionibus, indulgentiis, & literis apostolicis, generalibus, & specialibus, quorumcunque tenorem existant, per quæ præsentibus non expressa, uel totaliter non inserta effectus earum impediri ualeat quomodolibet, uel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis. Quæ omnia contra ipsarum præsentium, & constitutionum huiusmodi tenorem, & effectum, nolimus cuiquam in aliquo suffragari. Quin etiam ex nunc irritum decernimus, & inane, quicquid secus super iis per quoscumque, quauis auctoritate scienter, uel ignoranter contigerit attentari. Ita igitur Constitutiones prædictæ scriptæ sunt.

Nouitii, etiam oblati, ante decimum octauum ætatis sue annum completum, ne recipiantur, neque ante decimum nonum annum completum ad professionem admittantur. Qui hætenus recepti etiam oblati, quinquagesimum annum non expleuerint, detracto habitu Religionis, domum ad parentes, uel necessarios, etiam inuiti remittantur, uel alias omnino emittantur, nec postea in eisdem unde exierint, aut in aliis eiusdem ordinis domibus uersari ullo modo possint.

Laici qui uigesimum quintum annum non attingerint, ad seruiendum ne recipiantur, & qui recepti etiam nunc ea ætate minores sunt, emittantur.

Nouitii ne recipiantur, aut educantur, nisi in Conuentibus insignioribus, in quibus Dormitorium, & capitulum habeant seorsum ab aliis fratribus.

Nullus de inceptu prouinciæ præficiatur, qui eiusdem prouinciæ sit, sed Prouinciales ex aliena prouincia semper assumantur, qui tamen idonei sint ad id officium, & cultores regularis obseruationis, Guardianatus insigniores, & priuilegiati, ut Roman. Assisien. & huiusmodi Triennio, non priuilegiati, Biennio diuturniores ne sint, in quo tamen habenda est ratio prouinciarum externarum. In illis enim locis hæc officia iusta de causa, in longius tempus arbitrio Superioris protrahi poterunt.

In paternitatibus hætenus concessis, & posthac concedendis, ea moderatio adhibeatur, ut nemo Paternitatis titulo, uel priuilegio fruatur, nisi qui Prouincialatus officium obtineat, uel obtinuerit, uel Quadragesimum annum agat, & alias, etiam eo titulo, & priuilegio dignus existat.

Nulli in eodem Conuentu plus Biennio manere liceat, exceptis Sexagenario maioribus, quibus aliquid ex causa Superioris arbitrio honeste condonari poterit.

In conuentu, uel domo, pauciores ne sint Duo decim fratribus. Si qua autem domus hunc familiam numerum alere non possit, uel tota prouincia uictum, & quæ præterea necessaria sunt suppeditet, uel fratres cum bonis ex ea domo, in aliam transferantur, prouisione tamen adhibita, ne Ecclesiæ destruantur, sed ad eius populi commoditatem conseruentur. Permittimus tamen, ut in conuentibus, qui fratribus iterfacientibus commodi sint, saltem quatuor fratres, non minores quinquaginta annis, constanti, & probata uita maneant, si plures ea domus alere non possit.

In maioribus studiis Regentes duas lectiones Theologicas interpretentur, alteram practicam, ueluti de Sacramentis, uel de uita recte lacteque instituenda, ex

Magistro sententiarum, ac Sancto bonaventura, alteram speculatiuam, ex Scoto, in minoribus uero studiis, una lectione ex theologia practica contenti sint. Curent autem superiores, ut in singulis Conuentibus, Fratres maxime in conscientia casibus, & reliquis, quae ad audiendas confessiones pertinent, ob rei grauitatem, & necessitatem, summo studio, ac diligentia exerceantur. Fratres, et si superiores sit, nihil proprium habere possint, sed omnia in commune conferantur, distribuenda singulis, ut unicuique opus fuerit, ita ut ex communibus cuiusque Conuentus facultatibus, & elemosinis, pro uiribus domus unicuique fratri quae sunt necessaria prebeantur. Fratres omnes, & superiores, & quomodocumque Priuilegiati, aegrotis tantum exceptis, in Refectorio cibum capiant, & cum mensa utentes, communibus epulis uescantur. In primis autem aegrotum, & senum cura habeatur. Quod si propriae facultates domui non suppetant, ad subueniendum necessitati aegrotum uicini Conuentus ditiores suppleant, aut etiam tota prouincia contibuat. In omnibus Conuentibus, uel domibus, locus comis Thesauri, uel capsula sit. Tribus clauibus clausa, quarum unam habeat Guardianus, alteram Procurator, tertiam Depositarius, quo in loco, uel capsula, uasa aurea, argentea, iocalia, & quaeque pretiosa, pecunia inter Conuentus, cum Inuentario earundem rerum, condita custodiatur, seruatam tamen distinctione sacrarum, & profanarum rerum. Nullus ex Fratribus, & quauis Magistratus, & Superioris titulo fungatur, priuatas edes aut in claustris, aut alibi usquam habeat, sed singuli unica Cella, in comi Dormitorio, nullo ornatu, nudis omnino parietibus, ac lectulo, & mensa humilibus contenti sint, quemadmodum pauperes Religiosos decet. Camere, siue ediculae, quae extra dormitorium sepe ratum sunt, ad officinas, uel alios usus, toto Conuentui commones redigantur, uel si Cellae comis dormitorii pro fratrum numero non sufficiant, & illae Camere, uel ediculae, quas diximus, ad formam comis dormitorii redigi possint, in dormitorium commone redigantur, sin minus destruatur, ac materia, & cimenta, ad reparandam fabricam Conuentus, si opus fuerit, conuertantur, uel uendantur, & pretium ad commumem usum Conuentus conferatur. Nullus ex fratribus priuatum Hortum habeat, sed horti sint totius Conuentus commones, ueruntamen Nouitii, & infirmaria hortum, seu uiridarium a comi uiridario seiunctum, habere poterunt, quo ceteris ingredi nullo modo liceat. Vestes, Libri, reliqua, a Superioribus, cuiquam fratri ad usum, & necessitatem concessa, quaecumque apud eos mortis tempore reperta fuerint, nulli fratri priuatum assignentur, sed ita distribuantur, ut dimidia pars sit natui Conuentus, altera eius, ubi is mortuus fuerit. Generalis, a Prouincialibus, Custodibus, & aliis Religionis Ministris quouis illi nomine appellentur, Prouinciales item a Guardianis, aliisque Officialibus, ob eorum deputacionem, uel confirmationem, nihil omnino, neque ma-

gnum, neque paruum exigant, ac ne sponte quidem aliarum accipiant, neque Cancellario, aut scribae, pro sigillo siue scriptura, quicquam detur, sed omnia gratis fiant ac dentur. Neque Generalis, neque Prouincialis Minister, neque Custos, neque Guardianus, a quo uis fratre sui ordinis, aliquid etiam sponte oblatum, siue dono datum accipiat, uel recipiat. Pro cibibus autem impenis, quas necessario ad commodum totius ordinis, uel alicuius priuatae domus, fieri contigerit. Generali, Prouinciali, & alio modo consulatur, quo in literis Sanctissimi domini Pii V. proxime editis, cautum esse constat. Quod uero ad Promotiones, & gradus attinet, id omnino seruetur, quod Alexandrinis Constitutionibus sancitum est, ut nihil a promouendo exigatur, aut quouismodo sponte oblatum accipiat, Quod si promotione facta Conuentus promotorum, aliquid Religioni donare uoluerit, quicquid id sit, Procuratori detur, ut ad leuationem onerum, & communium sumptuum Religionis conferatur, ac Procurator omnium acceptorum, & expensarum rationem reddat. Fratres omnes quocumque gradu, & honore sint, camisis, laneis, & reliquo uelitu, honesto, ac religioso, oique suppellectile, & instrumento paupere, atque humili, quemadmodum aliis etiam Constitutionibus cautum est, utantur. Reliquum est, ut Constitutiones omnes, ad disciplinam regularem restituendam, conseruandam, & augendam, (quae tamen in contrariis non sint) precipue uero ea quae a Sanctissimo domino nostro Pio Papa V. ad reformationem huius Ordinis proxime sunt editae, ab omnibus sancte inuioleatque seruentur. Ceterum ut presentes litterae omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad ualvas Basilicae Principis Apostolorum de Urbis, & in acie Capituli Florae publicari, & earum exempla de more antiquo, uolumusque & apostolica auctoritate decernimus, quod huiusmodi exempla, etiam impressa, manuque Notarii publici, & sigillo dicti Magistri Generalis, uel Praelati ecclesiastici, aut illius curiae ob signata, eadem illam ubique locorum fidei faciant, quae ipsae praesentes, si forent exhibita, uel ostensa. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae approbationis, confirmationis, suppletionis, ordinationis, iussionis, mandati, decreti, praecipiti, & uoluntatis infringere, uel eiusdem suu temerario contrahere, Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum, anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Decimo Kalendas Augusti Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Caesarem Secretarium.

Camillus Cherubinus Magister Cens.

SANCTISS. D. N. D. PII PP. V.
Translatio Curae Monialium a Fratribus ordinis Minorum Conuentualium ad ordinarios locorum.

PIVS PAPA V.



Perpetuam rei memoriam, Cum sicut accepimus diuersa Monialium Monasteria curae, & regimini dilectorum filiorum Fratrum ordinis minorum Genoua sancti Francisci subiecta esse reperiantur. Nos uolentes pro nostri Pastoralis officii sollicitudine eosdem fratres, ut commodius, & liberius sacrarum literarum studiis incubere ualeant, ab onere, & impedimento gubernii Monialium huiusmodi liberos esse, motu proprio, & ex certa scientia, matureque deliberatione nostra, ac de apostolicae potestatis plenitudine, Fratres Conuentuales praedictos ubicumque existentes, ab omni cura, gubernio, regimine, & administratione quoruncumque Monasteriorum Monialium, seu Biginarum, aut Bizochurarum, uel alias quomodocumque nuncupatarum cuiuscumque ordinis existant, claustraliter uiuentium eis quomodolibet commissorum, & pro eos hactenus regi, & gubernari solitorum, ex nunc in perpetuum auctoritate apostolica tenore praesentium penitus absoluiamus, ac totaliter liberamus, eosque ab huiusmodi onere, & absolutos, liberos, & imunes fore, & esse, nec deinceps in illis quouis preterito, aut quaesito colore se uillatenus intromittere posse, neque debere decernimus, ac ipsorum Monasteriorum Monialium, curam, & gubernium eisdem Fratribus de cetero omnino interdiciamus. Ne autem ipsa Monialium Monasteria propea in spiritualibus, aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur, nostrae prouidentiae diligentia oportune prospicere cupientes, eadem Monialium Monasteria omnia, & singula locorum ordinariis, in quorum Ciuitatibus, aut diocesis respectiue consistunt, pro eos feliciter regenda, & prospere dirigenda auctoritate, & tenore praedictis motu simili subiicimus, atque supponimus, eaque ab ipsis ordinariis regi, & gubernari debere uolumus, ac mandamus, Et ut id propter, libenterque suscipiant, & exequantur, eis in uirtute sanctae obedientiae iubemus, curaque Monasteriorum huiusmodi bene, ac diligenter gerere, & exercere, donec aliter pro nos, seu successores nostros Romanos Pontifices de super fuerit ordinatum districte precipimus, Mandantes eisdem Ordinariis, ut contraditores quoslibet, & rebelles, praesentibus nostris literis parere recusantes, seu differentes, etiam si dicti Fratres fuerint, pro poenas sibi bene uisas etiam pecuniaras, ac demum pro excommunicationis, & alias sententiarum, & censuras ecclesiasticas ceteraque opportuna iuris, & facti remedia omni, & quacumque appellatione postposita, ac prorsus remota auctoritate nostra comprimant, & coepescant, eosque ad pa-

rendum, & cum effectu statim obediendum praesentibus literis cogant, & coepellant, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachii secularis, super quibus dictis Ordinariis plena, & liberam harum serie facultatem concedimus, & potestatem, Non obstantibus praemissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non Monasteriorum, & ordinum huiusmodi etiam iuramento, confirmatione apostolica, uel qua uis firmitate auctoritate, statutis, & consuetudinibus, praerogatiuis quoque indultis, & literis apostolicis etiam Maximis, & Bulla aurea, seu concordig, aut alias nuncupatis, & cum quibusuis clausulis etiam derogatoriis, derogatoriis, irritantibusque, & aliis decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & sepius inueneris, quibus omnibus, etiam si de illis eorumque tenoribus specialis, specifica, & indiuidua mentio, seu quouis alia expressio habenda foret, eorum tenores, ac si de uerbo ad uerbum nihil penitus omissis, & forma in illis tradita obseruata, infererentur praesentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac uice duntaxat ad effectum praesentium specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibusuisque, aut si Fratribus, uel Monialibus praedictis, uel quibusuis aliis communiter uel diuim ab apostolica sit Sede indultum, quod interdicti, suspensique, uel excommunicari non possint pro literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de uerbo ad uerbum, de indulto huiusmodi, mentionem. Volumus insuper quod praesentium transumptis manu alicuius Notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constituta munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quae originalibus literis adhiberetur si foret exhibite uel ostensa, Quodque eadem praesentes per aliquem Notarium publicum, uel unum ex Curatoribus nostris in generali dictorum fratrum Capitulo quod nunc in Alma Urbe nostra celebratur, lectae, omnes, & singulos ardent, per inde ac si omnibus, & singulis quos concernunt personaliter intimatae fuissent. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Anulo Piscatoris. Die 3. Junii. 1568. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Ca. Glorierius.

Robertus Fontanus Archiuii
Rom. Cur. scriptor.

Ad materiam uide in clem. attendentes de statu mona. de clem. de relig. domi.

Io. Anto. de Nigris.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA Papæ quinti super deponendis fructibus, & distributionibus beneficiorum ecclesiasticorum lite pendente.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.



Ordi nobis est lites minuere, & a laboribus subditos, maxime personas ecclesiasticas diuino cultui deditas, releuare. Sane cum (sicut accepimus) ipserisq; Cathedralibus, & collegiatis Ecclesiis earum constitutionibus, & statutis etiã a sede apostolica approbatis, & confirmatis cautũ sit, quod occurrentibus litibus, & controuersis inter prouisos de dignitatibus, officiis, canonicatibus, & prebendis, portionibus, & prestimoniis ceterisq; beneficiis ecclesiasticis qualitercũq; qualificatis, tam ordinaria, quam apostolica auctoritate, tam super illorum prouisione, seu institutione, aut possessione, quam illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex qua uis causa, & eorundem ad dignitates, canonicatus, & prebendas, ceteraq; beneficia ecclesiastica predicta admissione, & receptione, & capitulum, & canonicos, ceterasq; capitulares personas ad quos admissione, & receptio tam de iure, quã ex consuetudine spectat, & pertinet, aut etiã alias personas ecclesiasticas asserentes beneficia predicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorũ huiusmodi fructus, ac distributiones non percipiant, sed capitulum, & canonici illas uel in suos usus, & utilitatem conuertendas seu restituendas ei, cui de iure restituendę erunt, recipiant, pro ut in dictis constitutionibus, & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est ut lites huiusmodi immortales efficiantur, nec earum operatus finis uideri possit. Hinc ẽ quod nos hac nostra perpetuo ualitura constitutione auctoritate Apostolica statuimus, atq; decernimus, qd fructus, redditus, & prouentus, ac distributiones, ceteraq; emolumenta, quę uigore constitutionũ, consuetudinũ, & statutorũ predictorum a Capitulo, & Canonicis recipienda (ut premititur) erant amplius non ab eisdem capitulo, & canonicis recipiantur, sed penes personam fidei, & facultatibus idoneam per iudicem, corã quo causę huiusmodi pendere repertę fuerint, eligendam, & nominandam deponantur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint. Sicq; p quoscunq; Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes in qua uis instantia iudicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritũ quoq; & inane decernimus, si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel igno-

ranter contigerit attentari. Nõ obstantibus premisis, ac quibusuis apostolicis, uecnon in prouincialibus, & synodalibus Conciliis editis generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & quarumuis ecclesiarum predictarum etiam iuramento confirmatione apostolica, uel quauis alia firmitate roboratis statutis, & consuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegiis quoq; indultis & litteris Apostolicis illis, eorumq; capitulis, & Superioribus per quoscunq; Romanos Pontifices predecessores nostros, ac nos, & sedem apostolicam sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisq; efficacioribus, & insolitis clausulis nec non irritantibus, & aliis decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac quauis etiam Imperiali, uel Regali consideratione, uel instantia, & alias quomodolibet concessis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus (etiam si pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, indiuidua, & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quauis alia expressio habenda, aut aliqua aut exequuta forma ad hoc seruanda foret, per inde ac si tenores huiusmodi de uerbo ad uerbum nihil penitus omisso inserti, & forma in illis tradita obseruata foret, pro sufficienter expressis habentes) specialiter, & expresse derogamus, contrariis quibuscunq;. Volumus autem quod presentium Transumptis manu alicuius notarii publici subscriptis, & sigillo alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fidei iudicio, & extra adhibeatur, quę presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, uel ostensę. Quodq; litterę ipsę Camere, & Cancellarię apostolicarum, & audientię causarum Palatii Apostolici ualuis, & in actie Capi Florę dimissis in bibliopis publicatę, & affixę oēs ita afficiant, & ardeant, ac si illis personaliter intimatę fuissent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, derogationis, uel iuramenti infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignatione omnipotentis Dei, ac beatorũ Petri, & Pauli Apostolorũ eius se noverit incursurũ. Datum Romę apud Sanctũ Petrũ, anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, tertio K. Iulij. Pontificatus nostri Anno tertio.

Ca. Glorierius.

P. Eps. Narnien. Summiss.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Io. Freile Magister Curs.

Ad materia vide in clem. de sequest. p. & fructu. Io. Anto. de Nigris.

BVLLA S. D. N. PII DIVINA PROVIDENTIA Papæ Quinti Relaxationis prohibitionis de non admittendis Resignationibus per ordinarios, cum modificationibus.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.



Vanta Ecclesię Dei incommoda omni tempore attulerit, & nũc quotidie magis afferat ministrorum in eam ingressio uitiosa, iam Idte perspiciant, & cum mœore expendat Præsules omnes & pastores, quãdo hæc perniciēs cæterarum omnium maxima, tã multas orbis Ecclesias impie uiolarit. Quia uero hoc malũ cum in cæteris frequens, tum maxime in beneficiorum, & officiorum ecclesiasticorum dimissione admittitur, nemini molestum esse debet, quod pridem de reprimendis quotidianis fraudibus quę hac in re frequentiores internoscuntur, certam aliquã rationem, tandem intuitu officii nostri partes in prohibenda omnibus interim resignationũ huiusmodi receptione, paulo seuerius interposuerimus, omnesq; beneficiorum interim resignandorum dispositiones que fierent in irritum reuocauerimus, ac etiã decreuerimus nullum p eas in illis ius, neque titulum, uel colorum, tam in petitorio, quam in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa deinceps obtinenda perpetuo inhabiles fore, collatores uero alias in illorum dispositione etiam tanquam deuolutionis iure sese interponere non posse, sed de eis ut uere uacantibus, siue Romanũ Pontificem, siue alios collatorum eorundem superiores, uti preuentum esset, libere prouideri. Nũc autem intendentes institutum hoc nostrum, quod sanctuarium Domini cupimus illibatũ auctore Domino persequi, ac simul quantũ in nobis est cauere ne resignationes ipsę de hinc pro cuiusq; arbitrio, nullisq; uel certe leuibus causis passim, & temere admittantur. Prohibitione, & alia predicta ac cetera omnia nostris super his literis contenta eatenus relaxamus. Ut post hac Episcopi, & alii facultatem habentes, eorum dumtaxat resignationes recipere, & admittere possint, q aut seruo confecti, aut ualitudinarii, aut corpore impediti, uel uitiat, aut crimini obnoxii, ceterisq; ecclesiasticis irretiti, aut nequeant, aut nõ debent ecclesię, uel beneficio inseruire, seu quũ tantũ aliud, uel plura beneficia obtinuerint, uel quos ad aliud contigerit promoueri, Religionẽ quoq; ingressuri, uel matrimonium contracturi, si statim postea id re ipsa exequatur, denique cum quis ex aliis casibus acciderit, qui constitutione fœlicis recordationis Innocentii Papę. iiii. de dimittendis cathedralibus Ecclesiis, edita cõ-

tinetur. Qui etiam ob capitales inimicitias nequeunt uel non audent in loco beneficii residere securi, Sed nec horum ullus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus ualeat illo modo beneficium, uel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde ei sit quo in uita possit commode sustentari. Ad hæc beneficiorũ, & officiorum permutationes admittere, quę canonicis sanctionibus, & apostolicis constitutionibus permittuntur. Caueant autẽ Episcopi, & alii predicti itemq; omnes electores, presentatores, & patroni, tam ecclesiastici, quam laici quicunq; sint ne uerbo quidem, aut nutu, uel signo futuri in huiusmodi beneficiis, & officiis successores ab ipsis resignantibus, aut aliis eorum significatione uel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, uel etiam intentio qualiscunq; intercedat. Cæterũ precipimus, atque interdicens, ne ipsi Episcopi, aut alii collatores de beneficiis, & officiis resignandis predictis, aut suis, aut dimittentium consanguineis, affinibus, uel familiaribus, etiã per fallacem circuitum multiplicatarum extraneos collationũ, audeant prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid preter, uel cõtra formam predictorũ fuerit a quocunq; temere attentatum, id totum ex nunc uires, & effectum decernimus non habere. Qui uero contrafecerint, ut in eo quo deliquerint puniantur, a beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, presentatione, confirmatione, & institutione prout cuiq; competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere. Et qui talia beneficia, seu officia receperint, eos predictis pœnis uolumus subiacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, presentare, confirmare, uel instituire ausi fuerint, excommunicationis quo ad personas, quo uero ad capitula, & conuentus a diuinis suspensionis sententiis ipso facto promulgamus, quibus etiam nullus alius quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutoris, siue relaxationis gratiam (excepto mortis articulo) ualeat impartiri. Prohibitione, & literis nostris predictis nihilominus in cæteris omnibus perpetuo ualituris. Non obstantibus quibuscunq; priuilegiis, indulgentiis, & literis Apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunq;, Episcopis, & aliis superioribus, ac inferioribus ecclesiarũ prelati, necnon Ecclesiis, Monasteriis, Capitulis, Conuentibus, Collegiis, & Vniuersitatibus eorumq; & alii, personis etiam Regia, & Imperiali maiestate predictis sub quacunq; uerborum forma, & conceptione concessis, per quę effectus presentium impediri posset quomodocunq; uel differri, etiam si de eis ipsoꝝ totis tenoribus ad uerbum, ac de propriis nominibus eorum, necnon Ecclesiis, Monasteriis, Locis, ordinibus, Io. Anto. de Nigris. G ii

& dignitatibus quibus necno causis ppter quas illa concessa sunt, specialem & expressam presentibus fieri oporteret mentionem. Cæterum iubemus easdem presentes ad ualvas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę publicari, & earum exempla affigi, uoluntq; eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatę, Exemplis quoque predictis etiam impressis, manuq; Notarii publici, & sigillo prelati ecclesiastici uel eius curię obfirmatis, eandem prorsus fidem adhiberi, quę ipsis presentibus si forent exhibite uel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre relaxationis, pcepti, interdicti, decreti, promulgationis, iurisdictionis, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Kl. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cę. Glorierius,

H. Cumyn.

Bartholomeus Sottocasa Magister Curforum.

Registrata apud Cęsarem Secretarium.



Nex. ibi ut post hac. Nota bonam constitutionem quę Episcopi, & alij prelati potestate habentes eorum duntaxat resignationes, & renunciationes beneficiorum recipere debent, quę sunt senio confecti, aut ualitudinarij, aut corpore impediti, uel

viciati, aut crimini obnoxij, & censuris ecclesiasticis irretiti, aut qui nequeunt aut non debent Ecclesie, uel beneficio inseruire, seu qui unum, uel plura beneficia obtinuerit, uel qui ad aliud beneficium promoueri contingerit, uel si religionem ingredi uoluerit, uel matrimonium contrahere, uel qui ob capitales inimicitias non auderet in loco beneficij residere. In istis casibus poterit prelati resignationes recipere. Sed qui est in sacro ordine promotus non poterit beneficium, uel officium ecclesiasticum resignare, nisi aliunde commode poterit sustentari, nisi religionem ingredi uoluerit. In tex. ibi beneficiorum permutationes &c. & in tali permutatione faciendā requiritur auctoritas superioris, .i. cum olim de rerum permutatione glo. si. in. c. maioribus de preben. & doct. in. d. locis. In tex. ibi caueant &c. Nota quę prelati, nec electores, nec patronus ecclesiastici, uel laici non debent uerbo nutu uel signo, uel hortatu designare aliquem, uel promissionem facere de assumendo aliquem

in beneficio, quod quis uult resignare, quia uolens licite renunciare beneficio suo non debet deducere in partem, ut conferatur certe persone sed debet pure & sponte renunciare in manibus superioris, alias non ualere renunciatio, nec collatio aliter facta. Et si non apponitur pactum tamen renunciatio a quo gerit ut conferatur certe persone alias non renunciasset peccat, Abb. in. c. ex parte lo primo col. 2. de offi. deleg. de quo et uide Fely. in. c. ad audientia lo. 2. col. 2. cum seq. de rescrip. Et ibi etiam ponit An renunciatio possit sibi aliquid reservare, uel sibi aliquid pro pensione soluatur, uide late ibi Fely. & uide regulam Cancellaria sub rub. de beneficiis resignandis de quo et uide Prepo. in. c. ordinationes. i. q. i.

7. Quę autem erit practica impetrandi beneficium uacaturum per renunciationem et certe persone, dic quod possit impetrare gratiam a superiore quę si tunc uult renunciare beneficio suo, quod sic renunciatio mihi conferatur, ita dicit Abb. in. d. c. ex parte lo. i. col. 2. in quarto nota. de preben. & hoc admittitur et inter consanguineos secundum eum. Alia est practica ad eligendum aliquem ad prebendam uacaturam quomodo fieri debeat, quia si fieret electio ad proximam uacaturam nulla erit electio, quę inducitur uotum captande mortis. c. nulla. c. relati. & c. ex tenore de concessio. preben. sed fieri debet electio uidelicet eligimus te in canonicum & in fratrem, & cum primum facultas se obtulerit tibi providebimus de prebenda, ita dicit glo. nota. in. c. dilectus filius lo. i. in uerbo approbantes de preben. & uide Decium in. l. fi. col. 2.

9. C. de pact. nu. 16. cum seq. ubi ponit. An & quando impetratio prebende ualentis ualeat uel non ualeat, & de penis quibus talis impetrans puniri debet uide ibi cum concor. ibi allegatis. Et circa materiam renunciationis est regula Cancellarie, quę si infirmus renunciat beneficio & moritur infra uiginti dies de illa infirmitate, & beneficium conferitur per resignationem collatio est nulla. Sed censetur illud beneficium uacare per obitum, ut in. d. regula Cancellarie, sub rub. de beneficiis resignandis per infirmos infra uiginti dies decedentes de quo et uide tex. in. c. susceptum de rescri. in. vi. Rot. de ci. 492. ticius Fran. marci. in questio. delphi. 1175. Decium i. c. consultationibus col. 2. de offi. deleg. An renunciatio dicatur symoniaca quando fit a procuratore in fauorem alicuius, uide Aymo. consi. 122. primo uol.

12. An renunciatio facta per metum ualeat. Et quid si clericus grauatus & vexatus ab Episcopo renunciat quadam indignatione commotus, an ualeat uide Phi. Decium in. c. ex parte col. 2. de rescri. Io. mo. & Phi. probum in add. Io. mo. i. c. ii. de renun. in. vi. ubi late, & in. c. super hoc, & ibi doct. de renun. Imo. in clem. i. de renun. Boeri. decif. 350. col. 5. & concludunt quod quando est iustus metus uel let uero iure sed rescinditur officio iudicis uel actioe quę metus causa. An in renunciatone requiratur iuramentum, uel quod fiat inscriptis, dic quod de necessitate non requiritur. c. super hoc, & ibi doct. de renun. Prepo. in. c. qualiter in. fi. 7. q. i. Nunquid autem in renunciatone beneficii requiratur consensus habentis ius patronatus seu ius presentandi, uide Abb. & alios in. c. quod in dubis col. i. circa medium & in. fi. de renun. &

Imo. in clem. prima col. 6. in. fi. uerfi. an autem de renun. & Hosti. in sum. de renun. 5. cui in. fi. Cald. consi. 6. in. iuu. de renun. An minor qui renunciauit beneficio possit petere restitutionem in integrum, uide Phi. probum in add. Io. mo. d. c. ii. de renun. in. vi. num. 8. ubi concludit quod sic, & talibus minoribus subuenitur etiam contra regulam cancellarie detriennali possessore non molestando ut ibi per cum. An autem clericus qui renunciauit beneficio si statim penituit an possit repetere si hoc non fecit timore uel pecunia sed sponte iusta. c. super hoc de renun. uide Archy. & Prepo. in. c. quę periculosum. 7. q. i. Phi. fran. in. e. ii. de renun. in. vi. De ciu. in. c. ex parte col. ii. de rescri. Boer. deci. 359. col. 5. & regulariter sibi preiudicat, & non potest repetere, nisi renunciet calore iracundie, quia in continenti possit statim reuocare secus, si ex interuallo, quia tunc petere non possit, uel si fuisset a superiore accepta, ut per Phi. fran. ubi supra.

Io. Anto. de Nigris de Ciuitate Capania. I. V. D.

BVLLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA Pape quinti Super residentia faciendā in parrochialibus per obtinētes eas, ac Canonicatus, aut Dignitates, seu aliud beneficium.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

Vpietēs pro nostri pastoralis officii munere Christi fidelium animarum salubriter consulere, & parrochialibus ecclesiis ab earum parrochiis, pro ut tenentur, in diuinis debite, & laudabiliter deseruiri, inherendo etiam decretis sacri Concilii Tridentini, Motu proprio, & ex mera deliberatione, certa que scientia nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine hac nostra perpetuo ualitura Constitutione omnes, & singulos Rectores parrochialium ecclesiarum cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentię fuerint, in quibuscumque regnis, prouinciis, ciuitatibus, diocesis, ac aliis Christiani orbis partibus consistentes, qui parrochiam ecclesiam, ac canonicatum, aut dignitatem, etiam post Pontificalem maiorem, seu principalem in quibusuis Patriarchalibus, aut Metropolitanis uel cathedralibus, seu collegiatis ecclesiis, seu aliud quodcumque beneficium ecclesiasticum, etiam quarumcumque dispensationum a Roman. Pontificibus prædecessoribus nostris, seu etiam a nobis hæcenus quomodolibet impetratarum, ac literarum apostolicarum desuper expeditarum titulo, quas omnes hac presenti Constitutione abolemus, & reuocamus, seu quocumque alio pretextu obtinēt, cum prima, & præcipua debeat esse cura animarum. eos ad residendum in ecclesia parrochiali,

& ibi in diuinis deseruendum, debitoque, eorum officio fungendum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Episcopos, & aliorum locorum ordinarios, etiam tanquam apostolicę sedis delegatos, sub sententiis, & censuris ecclesiasticis, ac pecuniariis arbitrio eorum declarandis, ac etiam priuationis dictarum parrochialium, & aliorum quorumcumque beneficiorum poenis, quacumque appellatione remota, cogi, & compelli posse, & debere auctoritate apostolica tenore presentium statuimus, precipimus, & ordinamus. Eos tamen sic residentes in ecclesiis parrochialibus omnes, & singulos fructus redditus, & proventus, etiam Canonicatus sui, uel dignitatis, seu alterius cuiuscumque beneficii, exceptis duntaxat quotidianis distributionibus, & aliis, quę ex iusta causa absentes percipere non solent, lucrari uolumus. Sicque per quoscumque Iudices, & Commissarios, etiam causarum Palatii apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere, Nec non irritum, & inane quicquid secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, uel ignoranter attentatum forsitan est hæcenus, uel in posterum contigerit attentari, decernimus, & declaramus. Non obstantibus præmissis, ac quibusuis dispensationibus, & exemptionibus, literisque apostolicis desuper confectis, nec non apostolicis in prouincialibus, & synodalibus Conciliis æditis generalibus, uel specialibus constitutionibus, & ordinationibus, & et iuramento, confirmatione apostolica, uel qua uis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, priuilegiis quoque indultis, & literis apostolicis quibusuis personis in genere, uel in specie, & alias quomodolibet concessis, & approbatis, in posterumque concedendis, & approbandis. Quibus omnibus, etiam si de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quę uis alia expressio habenda, aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, eorum tenores, ac si de uerbo ad uerbum infererentur, presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permanens, hac uice dumtaxat ad effectum presentium specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscuque. Volumus autem quod harum literarum Traslumptis etiam impressis, manu notarii publici subscriptis, ac sigillo alicuius personę in dignitate ecclesiastica constitutę munitis eadem prorsus fidem in iudicio, quam extra adhibeatur, quę presentibus adhiberetur, si forent exhibite, uel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre abolitionis, reuocationis, statuti, pcepti, ordinationis, decreti, declaratio-

Io. Anto. de Nigris.

nis, derogationis, & uoluntatis infringere, uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, octauo Idus Iulii. Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius,

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium,

Antonius Clærici Magister Curs.

Ad materiam vide in toto titu. de cleri. non resi. in decreta. & in. vi. & in Concilio Tridentino sessione sexta c. i. cum alijs sequ. & 23. sessione. c. i. cum multis seq.
Io. Anto. de Nigris.

1569.

LAUS DEO. FINIS.



REGISTRVM.

Omnes sunt terni præter G qui est duernus.
A B C D E F G.

In Ciuitatæ Campaniæ Regni Neapolitani,
Apud Ioannem Dominicum Nibium, & Io.
Franciscum Scaglione Socios.

